

**V. ^aLITTERAE UNIVERSALES CONTRIBUTIONIS CZOPOWE
AD ANNUM PRAESENTEM INSTITUTAE^a**

Sigismundus Dei gratia etc.^b Universis et singulis principibus tam spiritualibus quam saecularibus reverendissimis et reverendis in Christo patribus dominis archiepiscopis, episcopis necnon magnificis, generosis, nobilibus ^cfamatis et providis, palatinis, castellanis, capitaneis, terrigenis, nobilibus^c, officialibus et eorum vicesgerentibus, heredibus, advocatis, scultetis civitatumque et oppidorum tam nostrorum quam consiliariorum nostrorum spiritualium et saecularium, magistris civium, consulibus et communitatibus et generaliter omnibus subditis tam nostris quam consiliariorum nostrorum quorumcunque, cuiuscunque status, conditionis et praeeminentiae existentibus^d, bona quaecunque tam spiritualia quam saecularia, civitates, oppida, villas, tabernas, possessiones et alia bona quoecunque nomine appellata habentibus ^ein palatinatu^e et districtibus eius existentibus sincere et fidelibus dilectis gratiam nostram regiam. Sincere et fideles dilecti! Tametsi in conventu Cracoviensi proxime praeterito in civitate nostra Cracoviensi celebrato hoc potissimum curaverimus, ut defensio regni et dominorum nostrorum alia ratione quam generali expeditione bellica statueretur ^fet decerneretur. Quia tamen modus hoc tempore decerni nullus alias potuit quam ut motio belli generalis indiceretur^f, eam nos rationem secuti sumus, quae nobis prae manibus fuit, atque motionem ipsam nobilitatis generalem decrevimus^g. Quam ut tanto melius et maioribus copiis prosequamur atque iniuriam, quae nobis et regno nostro ab hostibus^h infertur, maiore cum dignitate et maiestate ulciscamur, inivimus consilium cum universis praelatis, palatinis, castellanis et aliis consiliariis nostris in hoc conventu regni nobiscum congregatis, ut in bonis nostris regalibus contributio czopowe iam olim decreta et instituta continuaretur et exigereretur; iidemque etiam consiliarii et barones regni nostri amorem et benevolentiam ⁱerga nos suamⁱ et rempublicam regni nostri testamat facere volentes unanimi voto et concordibus sententiis concordarunt et statuerunt ut in civitatibus et oppidis, villis et aliis locis tam^j nostris liberis et impignoratis, quam universorum consiliariorum nostrorum ea ipsa contributio^k toto hoc anno, incipiendo ab eo tempore, quo dicta contributio superiori anno laudata et instituta desinet^l, nempe a festo Penthecosten proximo [20 V 1537], rursum in eisdem oppidis et villis nostris et^m dominorum archiepiscoporum, episcoporum et praelatorum acⁿ oalarum spiritualium^o personarum, necnon magnificorum palatinorum, castellanorum et aliorum consiliariorum regni nostri tam spiritualium quam saecularium exigunt ad nostram et reipublicae regni nostri necessitatem colligi secundum antiquam consuetudinem debeat usque ad annum proxime futurum inclusive, incipiendo a proximo festo Penthecosten usque ad aliud festum simile Penthecosten sequentis anni [9 VI 1538] modo videlicet infrascripto. Ut quilibet cerevisiam coquens venalem ex quibuscumque braseis fuerit, eadem ipsa cerevisia cocta, hoc est sive brsea ipsa sint^p civium et dominorum, sive ex molendinis provenientia et emensurata sive domi facta, a quolibet vase singillatim vel coctura ipsius cerevisiae iuxta locorum consuetudinem antehac observatam exacti ipsam ducillorum sive czopowe in manus exactorum designatorum fideliter solvat, ita ut a^q maiore coctura alias warv^r plures grossi solvantur et a minori pauciores iuxta vasorum numerum et quantitatem^s et exactorum a nobis constituendorum ordinationem, quam ubi opus^t et quotiens expediens erit, nostra auctoritate facient et constituent notariosque et custodes tam in civitatibus et oppidis, quam etiam in villis pro exigenda huiusmodi contributione, secundum informationem a nobis illis datam, exactores etiam ipsi deputabunt et iuramento

^{a-a} Littere contributionis ducillarie *G. Krak.*; Ingrossatio literarum Regiae Maiestatis ducillorum pro Isdbienski *Iura Mas.* ^b Zamiast etc: rex Poloniae, magnus dux Lythvanie, Russie, Prussie, Mazouie etc. dominus et haeres *G. Krak.*; rex Poloniae, magnus dux Lithuaniae, Russiae, Prussiaeque totius et Masouiae etc. dominus et haeres *Iura Mas.*

^{c-c} Brak w *Iura Mas.* ^d existentium *Iura Mas.* ^{e-e} in palatinatu Cracoviensi *G. Krak.*; in ducatu Mazoviae et Brzestensi et Iunowladislaviensi pallatinatibus atque in terra Dobrzynensi *Iura Mas.* ^{f-f} Brak w *Iura Mas.* ^g decernimus *Iura Mas.*

^h hostibus nostris *G. Krak.* ⁱ⁻ⁱ suam erga nos *G. Krak.* tam in *Iura Mas.* ^k Nastepuje okienko w MK₂; contributio czopowe *G. Krak.*, *Iura Mas.* ^l defuit *Iura Mas.* ^m Brak w *Iura Mas.* ⁿ atque *Iura Mas.* ^{o-o} spiritualium aliarum *Iura Mas.* ^p fuerint *Iura Mas.* ^q pro *Iura Mas.* ^r varu *G. Krak.*; varv *Iura Mas.* ^s qualitatem *Iura Mas.* ^t oppidum *Iura Mas.*

corporali ad fidelitatem eos^u astringent. Ternarii vero vetusto more circa quemlibet grossum solvendum pro civitatum et oppidorum reparazione conserventur. Tabernatores vero singuli cerevisiam coquentes vel coctam a dominis tam spiritualibus quam saecularibus ad propinandum recipientes a quolibet vase mensurae civilis^v teneantur per unum grossum in manus exactoris exolvere item a medio vase vini alias *polkuffek*^w florenus cum triginta quadrantibus solvendus. Item a *dreheilink*^x sive Seremiensi^y vase vini duo floreni cum sexaginta quadrantibus solvendi. Item a quolibet barili maluatici^z vel vini Italici unus *orth* cum septem ternariis solvatur, a barili vero simplicis vini duo grossi solvantur et duo ternarii, a medonis vase communi duo grossi cum duobus ternariis solvendi, a cerevisia advectitia sive externa ut Swidnicensi^{aa}, Glogowiensi^{ab}, Thessnensi^{ac}, Bernoviensi^{ad} et alia quacunque a quolibet^{ae} duo grossi, et quilibet^{af} non soluta prius exactione praefata cerevisiam, vinum, malvaticum^{ag}, medonem et alium quemcunque potum ex praedictis vendere et propinare in fraudem huius constitutionis praesumpserit, totum illud, in quo fraudem commisit seu committere voluit, irremissibiliter ammittet et poenam nostram regiam, quotiens id fecerit, solvere tenebitur, capitaneusque loci in tales omnes et in^{ah} singulos fraudem huiusmodi committentes animadversionem debitam, veritate rei cognita, non habendo respectum ad quempiam, irremissibiliter exequatur. Ad quamquidem exactiōēm ^{ai}-colligendam diligenter^{ai} fideliterque exigendam in ipsis terris et palatinatibus regni nostri et districtibus eius certos exactores deputavimus. Vobisque omnibus et singulis, quorum interest, mandamus, quatinus praefatis exactoribus cum litteris nostris desuper eis datis apud vos comparentibus sive ab eis substitutis de ipsa exactione ducillorum respondeatis et responderi faciatis. Vos vero locorum capitanei eos, qui rebelles et^{aj} negligentes erunt et quos ipsi exactores deferent, per pignorationes solitas ad solutionem exactiōēm huiusmodi compellatis sub poenis nostris contra negligentes capitaneos in novis et antiquis statutis descriptis et quoniam hoc anno ita comparatum est, ut subditi nobilium contributionem huiusmodi ducillorum sive *czopowe*^{ak} solvere^{al} teneantur, praeter subditos nostros et omnium spiritualium personarum ac^{am} universorum consiliariorum nostrorum, unde impar longe ^{an}-conditio eorum^{-an}, qui solvent, ab hiis, qui liberi ab huiusmodi solutione esse volent, fieret in eo videlicet, quod illi, qui liquores huiusmodi supra expressos sine solutione ducillorum vendent et propinabunt, ingens lucrum ex huiusmodi propinatione citra ^{ao}-solutionem contributionis^{-ao} ipsius facerent. Volentes igitur nos providere, ne alter subditorum nostrorum altero^{ap} deteriore^{aq} conditione esse videatur, decrevimus ac^{ar} decernimus praesentibus mandantes, quatinus palatini omnes et singuli in suis palatinatibus quisque eisdem subditis nobilium et aliorum, qui contributionem huiusmodi non solvent, praescribant et legem imponant, quandam aut pretio huiusmodi liquores omnis generis solvere debeant et ut eos tanto minoris vendant, quanto illis magis lucri ob non solutionem huiusmodi contributionis *czopowe*^{as} accedet, ut par ratio omnium^{at} esse videatur, id quod industriae, fidei et officio ipsorum palatinorum committimus. Quod facere et exequi pro debito officio suo et gratia nostra omnino debeant et teneantur. Datum Cracouiae, die ^{au}-XXVIII-a Martii anno Domini M^oD^oXXXVII^o [28 III 1537], regni nostri anno XXXI^o. Ad mandatum proprium Sacrae Maiestatis Regiae^{-au}. ^{av}-Relatio Magnifici Pauli de Volia Regni Poloniae vicecancelarii^{-av}.

^u illas *Iura Mas.* ^v civitatis *Iura Mas.* ^w pulkuffek *Iura Mas.*^x draheylijnk *G. Krak.*; drelink *Iura Mas.* ^y sarmensi *G. Krak.*, *Iura Mas.* ^z malmatici *Iura Mas.* ^{aa} Swydnycensi *G. Krak.*; Svidnicensi *Iura Mas.* ^{ab} Glogouiensi *Iura Mas.* ^{ac} Thesnensi *Iura Mas.* ^{ad} Bernoviensi *G. Krak.*; Bernouiensi *Iura Mas.* ^{ae} quolibet vase *G. Krak.* ^{af} quicumque *G. Krak.*, *Iura Mas.* ^{ag} malmatium *Iura Mas.* ^{ah} Brak w *G. Krak.*, *Iura Mas.* ^{ai-ai} diligenter colligendam *Iura Mas.* ^{aj} vel *G. Krak.*, *Iura Mas.* ^{ak} czopove *G. Krak.* ^{al} Brak w *G. Krak.*, *Iura Mas.* ^{am} et *G. Krak.* ^{an-an} eorum conditio *G. Krak.* ^{ao-ao} contributionis solutionem *Iura Mas.* ^{ap} alteri *Iura Mas.* ^{aq} deterior *Iura Mas.* ^{ar} et *G. Krak.* ^{as} czopove *G. Krak.*, *Iura Mas.* ^{at} omni *Iura Mas.* ^{au-au} vigesima VIII martii, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo septimo, regni nostri tricesimo primo. Ad mandatum Sacrae Maiestatis Regiae proprium *Iura Mas.*; [...] Ad mandatum pro Sacrae Regiae Maiestatis *G. Krak.* ^{av-av} Brak w *G. Krak.*, *Iura Mas.*